Sobre impedir la paga de principal y reditos de un censo



POR ESPERANZA PAVIA.

CONTRA DIONISIA DOROTEA Veana Rubinats.

PORQVE en esta causa se ha escrito docta y bastantemente por los Abogados originarios de Valencia, que han creado el pleyto por parte de la dicha Esperança Pauia, no serà necessario alargarme, sino breuemente tocar el punto sustancial deste negocio, en confirmacion de la sentencia dada en su fauor por este supremo Consejo, y satisfacion de todo lo que en contrario se alega, y puede alegar.

Pretende la parte contraria reuocar la sentencia deste supremo Consejo, y impedir la paga del principal, y reditos de vn censo de dos mil y dozientas y tantas libras, que la dicha Rubinats, y su marido cargaron en fauor de los curadores de los hijos y herederos de Pedro Alço de Olaçaual marido de la dicha Esperāça Pauia, para pagar el principal è interesses de cierto cābio,

 por

por dezir q̃ el dicho cõtrato censual, y la obligacion q̃ ella hizo, y el juraméto q̃ opuso en la dicha escritura fue nulo, y se deue dar por nulo, o rescindir, por auer interuenido miedo y fuerça del dicho su marido, y auer ella quedado lesa, y de todo pũto indotada.

En quanto al miedo y fuerça la parte contraria no ha prouado cosa releuante, como se apunta en las demas informaciones en derecho, y apuntamientos del hecho que se han dado, y en quanto al auer quedado lesa, y indotada, se dirà en este lo que resulta del hecho del pleyto, y se fundarà con euidencia la fuerça y firmeza de la escritura de obligacion de la dicha Dionisia Dorotea, para no poder yr de ninguna forma contra ella. Y porque en esto consiste la mayor dificultad del pleyto, y es articulo meramente de derecho, y del ha de resultar satisfacion a todo lo que en contrario se alega en las informaciones en derecho de la parte contraria empeçarè por el, y acabarè con mostrar que la pretension contraria no tiene fundamento en hecho, ni en derecho, y que la sentencia deste supremo Consejo es justa y se deue confirmar con costas.

Entra la parte contraria en su informacion con presupuesto y fundamento, que el fuero de Valencia, que admite y aprueua la obligacion de la muger por su marido con juramento, està sugeto a las interpretaciones y limitaciones que reciben el cap. cùm contingat, de iureiurando, y el cap. licèt mulieres, eod. tit. lib. 6. & cap. quãuis pactũ, de pactis, eod. lib. 6. hoc est nisi vi vel dolo sit inducta ad se obligandam & iurandum. El qual presupuesto es falso, quia prædicta iura Canonica loquuntur quando ius ciui le prohibet, & annullat obligationem mulieris pro viro factã prout habetur in auth. si qua mulier, C. ad Velleia. & in l. 61. Tauri, ac etiam iuramentum, vt habetur in l. non dubiũ, C. de legib. l. iuris gentium, §. & generaliter, ff. de pact. l. si quis inquilinos, §. fin. ff. de leg. 1. ibi: *Iusiurandum contra vim legum, & authoritatem iuris in testaméto scriptum nullius esse momẽti*, magistraliter Bald. cons. 29. vol. 1. & cons. 379. n. 4. vol. 5. & Belluga in suo speculo Princip. rubr. 12. §. Quidam, n. 7. cum sequentib. & n. 68. Y aunque los Canonistas disputan, si el derecho Ciuil puede quitar la fuerça del juramento en los lugares arriba referidos per textum in d. c. licèt mulieres de iureiurand. lib. 6. todauia la comun resolucion de Anton. de Butr. Ioan. de Imol. y de todos los Canonistas in d. c. cùm contingat, & Belluga d. rubr. 12. § Quędam, donde

334

de disputa, este articulo ex communi resueluen, que si la ley Ciuil se funda en alguna justa causa, o razon natural y Canonica, puede impedir y quitar la fuerça del juramento, y lo mismo que dispone el derecho Canonico en quanto a la fuerça y dolo, dispone tambien el derecho Ciuil, vt patet in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. venditio. ibi: *Per vim autem aut iustum metum extorta, etiam à maioribus nullius esse momenti iubemus*. Vbi Paul. de Castro n. 6. pulchrã reddit rationem, quia cùm iuramentum sit quid spirituale, debet ibi adesse omnis puritas, & plena libertas, & cessare omne vitium, ad hoc vt dicatur verum iuramentum, aliàs cùm non obliget quoad Deum interueniente vi vel metu, noluit Imperator quòd obligaret quoad mundum, sequitur ibi Ioannes Igneus n. 11. vbi dicit, quòd iuramẽtum per metum interpositum redditur nullum ipso iure propter reuerentiam ipsius iuramenti, in quo debet interuenire libera & absoluta volũtas, & ibidẽ Frãciscus Curt. sub n. 13. expressius dicit, quòd in iuramẽto debet esse libera volũtas, & iurãs debet frui plena libertate sicut in matrimonio, cuius rei aliam singularem rationẽ adducit. Quia natura iuramenti est, ne sit vinculũ iniquitatis, quia Deus reputatur semper præsens in iuramento, & resistit peccato, & ideo nil mirum si metum annullat iuramentum ipso iure, & quoties in actu requiritur libera & absoluta voluntas, si adest voluntas, sed non libertas, non dicitur iuri satisfactum, c. vbi periculum, §. cæterum, de electio. latè Boer. omnino videndus cons. 20. n. 39. cum sequentibus. Y de aqui es que qualquier miedo, o fuerça que interuenga en el juramẽto, y en el acto que se sostiene y valida por solo el juramento es nulo, y con facilidad se anula como cosa priuilegiada, ex quo priuilegium facilius tollitur quàm ius commune, l. eius militis, §. militia missus, ff. de testament. militis cum vulgaribus, y esto no es nuestro caso.

Pero quando el contrato no es reprouado, sino valido de derecho comũ, o municipal, y el juramẽto tãbien lo es como es el caso presente, que los fueros de Valencia validaron los contratos de la muger en fauor de su marido, con juramento: el contrato es mucho mas fuerte, y no està sugeto a tanta delgadeza como el contrato reprouado que recibe fuerça solo del juramento, y no recibe las interpretaciones y limitaciones del cap. cũ contingat de iureiurand. y de los demas arriba referidos, sino que se ha de guardar inuiolablemente como cõtrato legitimo, juxta textum

 in

in l.legitima,ff.de pactis,ibi: *Legitima conuentio est, quæ aliqua lege cõfirmatur, & ideo interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quoties lege, vel Senatusconsulto adiuuatur.* Vbi glossa magna pluribus comprobat legibus, & exemplis, Bart. in l. non impossibile, ff. eod. tit. num. 1. vbi singulariter dicit, quòd quando pactũ continet idem quod ius commune, licèt sit nudum, producit actioné, quia dicitur conuentio legitima per textum in d. l. legitima, refert & sequitur Barbacia cons. 1. num. 10. vol. 1.

Cùm itaque simus in contractu à lege approbato, primò vidẽdum est de natura ipsius contractus, siquidem natura rei in omni dispositione inspicienda est, l. vnica §. sin autem, C. de caduc. tollend. l. stipulatio ista §. si quis ita, ff. de verb. obligatio. oportet enim naturam sequi, l. ita stipulatus, la grande, ff. de verb. obligatio. quia ipsa natura regit conditiones, l. pater Seuerinam, §. conditioné, ff. de conditio. & demonstrat. Bald. cõs. 355. num. 3. vol. 5. inesse enim in actu, & comprehensa sub eo videtur, quæ actus ipsius natura desiderat, l. cùm quid, vbi notatur, ff. si cert. petatur l. emptorem, in princ. ff. de actio. empti. Aretin. in l. qui duos col. 2. ante medium, vers. hæc tamen conclusio placet, ff. de vulgar. & vltra eum Bald. con. 330. in hoc cõcordati, col. 1. post mediũ, vol. 3. vbi pro expresso habendum putat, quod naturaliter inest perinde quasi natura ipsa id loquatur, quod omissum verbis est per d. l. cùm quid, & l. triticũ, ff. de verbor. obligatio. vnde fit, vt quæ natura cõtractus fert, adijci à notario possint, qui instrumentum extendit, quamuis expressa nõ muniantur. Alex. cons. 28. num. 2. volum. 2. Decius in l. vt liberis, n. 18. C. de collatio.

Natura cõtractus cẽsualis, de quo agitur, est emptionis & venditionis, cuius substantia, vt vtar verbis Bald. in l. in vẽdendis n. 2. C. de contrahend. emptio. consideratur dupliciter, vno modo complexiuè in omnibus suis partibus substantialibus, quæ sunt tres, scilicèt consensus, res, et pretium, & hoc appellatur cõmerciũ de iure gentium. ff. de iust. & iure, l. ex hoc iure, alio modo districtiuè pro aliqua parte substantiali, puta pro re tantùm, vel pro pretio tantũ, & licèt vbi deficit pars substantiæ contractus nõ valeat, l. quod sæpe, §. illud, ff. de contrah. emptione, nã vbi deficit obligatio, & contractus intelligitur deficere, quasi omnia essentialia deficiant: contractus enim sunt introducti propter obligationes, & obligationes propter executiones, & executiones propter vltimos fines secundum species contractuum, vnde con-

535

conuentiones quæ non possunt attingere vltimum finem secundùm naturam eis datam reputantur imperfectæ, d. l. quod sępè, §. 1. in verb. imperfectum: substantia igitur, quæ est radix originalis emptionis, & venditionis consistit in tribus scilicet in consensu, re & pretio: natura verò est extensio illius radicis ex mera qualitate producta: accidens verò est forma quædam superaddita supra substantiam, & naturam ex aliquo spirituali modo, vel pacto, quæ forma potest adesse, & abesse sine substantiali transmissione subiecti, l. pacta conuenta, ff. de contrahend. emptio. & ideo accidentia, in quibus non sustentatur contractus, non vitiãt contractũ, licèt in seipsis deficiant, nisi esset per modum totius finalis causæ, idem Bald. in l. sicut C. de actio, & oblig. num. 4. vbi quærens, quid est quod in contractibus remouet pęnitentiam à contrahente, & refert alios dicere, quod actio, alios quod obligatio ipse addit, & tertium scilicèt natura contractus irreuocabilis sicut est vbicunque, non habet locum cõdictio ob causam: ex istius enim natura quęritur quoddã ius impediens pœnitentiam est ergo reperire in contractibus non solum ius obligationis, vel actionis, sed etiam quoddam ius, quod non est actio, vel obligatio, quod est subtile ad intelligendum.

Et licèt contractus censualis sit lucratiuus, & possint contrahentes se decipere vsque ad dimidiam iusti precij, l. 2. C. de rescindend. vendit. l. si voluntate, C. eod. tit. & cap. cùm dilecti, de emptio. & venditio. quando dolus non dedit causam contractui, nec incidit in contractum Bald. cons. 133. n. 3. vol. 3. Idem Bald. in rubr. C. de contrahend. emptio. nu. 12. vbi in proposito ita loquitur, ibi: *Et etiamsi apponatur clausula donationis, non est proprie donatio sed est actus consecutiuus naturæ venditionis, in qua est licitum contrahentibus vtilitatem propriam procurare, nam omnis commercij natura talis est, nec enim introducta sunt commercia nisi propter vtilitatem contrahentium, vt ff. de minor. l. in causæ §. idem Pomponius nisi excederet dimidiam iusti pretij, quia tunc excedit terminos æquitatis, quia dati sunt contractus naturæ a lege vnde tunc esset vera donatio totius eius, quod iustum pretium excedit, vt ff. eod. l. si quis donationis.*

Nihilominus tamẽ in cõtractu de quo agitur, nullum lucrum, nulla deceptio, nullaq; pretij inęqualitas ex parte emptoris intercessit, ex quo census fuit iusto, & currenti pretio constitutus, sed mera charitas, & Christiana pietas, & si quid lucri considerari potuit, id totum ad fauorem venditorum intercessit, qui maxi

 mum

mum cambiorum interesse paruo censu redimerunt, & distra-
ctionem suorum bonorum euaserunt.

Quomodo igitur in cōtractu isto tam proficuo, & ab ipsismet coniugibus tam optato, & tot medijs, & intercessionibus procurato vis, vel metus interuenire, vel suspicari potuit? certè absque dolo, & calumnia allegari non potest, siquidem qualitas facti omnem vis atque metus materiam, & suspitionem excludit, & sic irrationabilis petitio nō debet admitti: & dicitur irrationabilis omnis petitio, quæ non potest ratione fulciri, vt inquit Bald. in l. cùm te non solum, in 2. notabili, C. quod metus causa.

Sed quicquid sit, negari non potest, quin præsumptio sit contra partem aduersam, & sic duriori probatione astringitur, l. non est, ff. quod metus causa, vbi Bald. notat, quòd præsumptio aggrauat onus probandi, quando est contra eum cui incumberet aliàs probatio. & effectus istius aggrauationis est, quia vbi est præsumptio contra probantem, nūquam ex vno teste defertur iuramentum in defectum probationis, quia præsumptio elidit probationem vnius testis, secundum glossam: quod dicit notādum, primò, quia metus nō præsumitur, nisi per allegantem metum probetur, Innoc. in c. causam matrimonij, de offic. & potestat. iud. deleg. Alciat. cōs. 5. n. 76. tom. 1. lib. 1. & cons. 55. n. 20. tom. 3. lib. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 126. nu. 1. & sequent. Mascard. de probatio. conclus. 1051. nu. 1. p. 2. et præsumpt. 1052. num. 1. et quidem legitimè, et concludenter, l. interpositas vbi Bald. et alij, C. de transactio. l. fin. in princ. ff. de eo quod metus causa, Imol. cons. 101. num. 1. Bursat. cons. 323. num. 4. et cons. 330. n. 65. vol. 3. Tiber. Decian. resp. 18. nu. 132. vol. 1. Neuizan. cons. 42. num. 5. Mascard. de probatio. p. 2. conclus. 1051. num. 14.

Secundò, quia in hoc casu non sufficit allegare metum reuerētialem: nam cū semper habeat locum metus reuerentialis in vxore respectu viri, vt habetur per Bar. & alios in l. 1. §. quæ onerādæ ff. qua rerum actio non detur, & in d. l. interpositas, C. de transactio. & in d. c. causam matrimonij, de potest. & offic. iud. delegat. semper posset mulier allegare hunc metum reuerentialem, & nunquam eius obligatio vel confessio teneret, nec fori Valentiæ dispositio locū haberet, & esset aperta via fraudibus: quod vtiq; dicendum non est, ita interminis cōsiderat Innoc in d. c. causam matrimonij, de potest & off. iud. delegat. ibi: *Sed hac ratione posses dicere, quod confessio nullius vxoris teneret, nec sibi præiudicaret, cùm qua-*

libet

 536

libet hoc ipsum iuste timere posset: respondetur, quia semper praeiudicat confessio, nisi quando praecessit metus, & hoc ideo quia non praesumitur metu fecisse, nisi quando metus, vel verbera praecesserunt; & hac de causa nunquam auditum in Regno Valentiæ fuisse rescissas obligationes vxoris simul cum viro factas ex capite metus reuerentialis, & læsionis, etiam si indotatæ remāserint, sed semper huiusmodi obligationis contractus admissos, & executioni demandatos fuisse, & si hęc noua inuentio introduceretur, totum Regnum esset in litibus, & nihil firmum nec securum haberetur, vt patet experientia rerum magistra, donec sententia in hac causa data per Regiam Audientiam reuocaretur per hoc Supremum Consiliū, & sic esset remancare mundum, vt in simili dixit Afflictus decis. 190. quod est maxima ponderatione dignum. Quare cùm pars aduersa in prima, & secunda instantia non deduxerit nisi metum reuerentialem, & læsionem, hoc ipsum excludit nullum alium adhibitum fuisse metum: ex tarditate enim allegationis dolus, & fraus partis aduersæ detegitur, l. penult. C. de vsur. pupillar. ibi: *ac si rem & fraudē dissimulatione proferat*. c. 1. de frigid. & malefic. ibi: *cur tandiu tacuisti?* Alex. cons. 14. col. fin. vol. 5. Aymon Crauetá cons. 564. num. 9. & 572. num. 10. vol. 3.

Tertiò, quia minus sufficit allegare & probare metū in genere & ex rumore acclamatione ipsius mulieris, quæ allegat metū passam sed tenetur probare specificè qualitatem metus, vt explicat Bald. in d. l. interpositas, C. de transactio. n. 2. vbi notat, quòd non sufficit allegare vel probare metum in genere, sed debet species probari, & qualitas metus, scilicet quòd imminebat ex eo salutis periculum, vel corporis cruciatus, & est argumentum, dicit ipse quòd ad rescindendū contractū tanquā vsurariū, non sufficit probare quòd cōtrehens erat vsurarius, nisi probetur specificè de illo cōtractu, & in istis terminis vera est & procedit decis. Afflict. 246. per totam, quæ voluit non sufficere metū per maritū adhibitū, nisi etiam probetur adhibitum ex causa illius contractus, & ad hoc vt vxor in eo se obligaret: et licèt Aymon Crauet. cons. 241. num 20. vers. alibi scribit, dicat quòd opinio Afflict. sibi non placet, attamen animaduerti oportet, quòd Afflictus loquitur secundum cōsuetudinem ciuitatis Neapolis incip. Si mulier quæ validat obligationem vxoris simul cum maritò factam, & renūtiationem iurium dotalium, prout validatur per forum Valentiæ cum iuramento: de quo habetur per eundem Afflictū decis. 311.

& Vincent. de Franch decis. 84. part. prima, & sic idem circa hoc statutum est in Regno Valentiæ, quod in ciuitate Neapolis, & in vtroq; foro debet metus plenè & concludenter probari ex causa ipsius contractus, & non sufficit probare metum, nec verberatã, nisi specificè probetur verberatam fuisse ex causa illius contractus, & non ex alia causa, aliàs enim mulier præcise tenetur obseruare contractum etiam si ex eo læsa & indotata remaneret, & hoc iure vtimur in Regno Valentiæ et ita semper obseruatum, idem Bald. in dict. l. interpositas num. 40. C. de transactionib. vbi ad vers. ad vim tamẽ notat quòd, non sufficit probare quasdam verisimilitudines multum distantes, vbi requiritur certa & clara probatio, & quòd probato vno separatorum, non probatur reliquum, & quod vbi nihil efficaciter probatur contra contractum statur contractui, & quòd ad rescindendum contractum non sufficiunt contrariæ hominis coniecturæ, et quòd iste versiculus est menti tenendum, idem Bald. in l. metum, C. quod metus causa, vbi dicit, quòd acclamatio, vel rumor eius, qui dicit se metum pati, nõ probat metum: vnde licèt sint probatæ minæ, et protestatio seu acclamatio, non tamen probatus est metus. At per partem aduersam nil certum nec efficax, vel considerabile circa metum illatum ex causa huius contractus probatum est, sed quædam rixæ, & discordiæ maritales admodum distantes, et vanæ testium imaginationes, & coniecturæ nil concludentes nec gradum aliquem probationis nec etiam indicij, vel suspicionis facientes prout est infacto notatum cum multæ rixæ, et iurgia quotidie inter coniuges contingant ex diuersis alijs causis, quæ ad rescisionẽ contractus ab vxore celebrati trahi non possunt, cùm non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, l. neque natales, C. de probatio. & l. non hoc, C. vnde legitimi et probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile, l. ad probationem. C. de probatio. et testes non debent iudicare, sed deponere per sensum corporis de his quæ viderunt, vel audiuerunt, non de effectu quem ipsi iudicant, l. qui testamento, in fine, ff. de testam. et in l. 1. in princip. ff. de his quæ in testam. delentur et in l. testium, C. de testib. et Bald. in l. mutum, ff. de acquir. hæred. vnde testis qui deponit de credulitate non probat, vt notat gloss. & Bar. post Cyn. in d. l. testium, C. de testibus Bart. in l. 2. §. idẽ. Labeo, ff. de aqua pluuia arcend. Franciscus Niconisius in repet. cap. quoniam contra, n. 91. de probatio. Ias. in rub. de iure iurand.

iurand.col.pen.& fin.Bald.cons.19.factum tale est. n.3. vol.5. & plenè idem Bart.in l.conuenticulam,C.de episcop.& cleric. Speculat.in tit.de teste,§.1.vers. item.quòd deponit de credulitate, & in §.iam de interrogatorijs actionibus ad finem, & vtrobique Ioann.Andr.in additione, & Franciscus de Aretio cons.44.n.2. ad finem, at omnes testes partis aduersæ sunt huiusmodi vltra alios quàmplurimos defectus quos patiuntur: ergo nihil probāt aduersus contractum omni iure validum.

Quartò fac metum a viro illatum nullibi probatum est,nec allegatum hoc peruenisse ad notitiam huius partis, cui metus à tertio illatus nocere non debet,maximè cùm cōtractus iste fuerit factus ad fauorem filiorum Petri de Alço minorum,in quibus dolus,vel deceptio considerari non potuit: nam licèt metus etiā à tertio illatus noceat,vt voluerunt Bald.& alij in l.non interest C.quod metus causa, illud tamen intelligitur eo sciente,& non aliàs,prout declarant ibi Bald.& alij, & voluerunt Bart.in l.nā, & Seruius,ff.de neg.gestis,qui dicit metum illatum vni per aliū non nocere tertio qui facit contractum, & Ias.in l.1.C.si quis aliquem testar. prohibuerit, vbi voluit, quòd metus adhibitus testatori per alium non nocere tertio instituto, per quæ iura ita in terminis voluit Aymon Crauet. cons.120. Idq; adeò verum est quòd si metus fuerit illatus per familiares alicuius potētis, non præsumitur propterea,quod sit factum de scientia domini,ita voluit Bald.in l.ad inuidiam,C.quod metus causa,per textum in cap.cùm ad sedem,de restit.spoliat.quod dicit menti tenendum.

Quintò.Pars aduersa non potest allegare metum,nec læsionē: nam vt eleganter ait Bald.in l.si cum exceptione,ff.quod metus causa,vbi metum passo effectualiter nihil abest, non competit actio quod metus causa,quia hoc debitum soluendum est de bonis viri debitoris,nō autem de bonis vxoris,cui nihil abest,quinimo patet ex actis processus, quòd soluto debito census adhuc remanent ex bonis viri,tot prædia,quæ sufficiunt ad integram solutionem dotis, patet enim per appretium, et oblationē ab hac parte facta,et aliàs deducta dicta bona ascendere ad summā plus quam decem mille librarum illius monetæ, et sola oblatio fuit facta pro sex mille et quingentis libris,quæ sufficiens erat ad solutionem crediti censualis,et iurium dotalium partis aduersæ, postquam vtriusque creditum non ascendit ad summam quinque

que mille librarum, et valor bonorum duplũ excedit, si pars aduersa vult bonam fidem agnoscere, et quod hic est recipere, nõ autem hanc partem pupillos decipere, prout calumniosè studet, postquam omnia prædicta bona non obstante oblatione in Curia pluribus ab hinc annis facta nulliter, et de facto quãplurima bona viri vilissimo pretio alienauit, et alia fraudulenter in eius filiam transtulit, et ipsa dotis nomine suo viro tradidit, et reliqua bona viri pro sua dote duarum millium parũ plus absorbere non erubuit, quod quidem stãte oblatione prędicta in Curia facta in damnum, et pręiudicium huius partis pupilli (qui non tractat de lucro, prout tractat pars aduersa, sed de damno euitãdo) fieri nõ potuit, nec factum tenuit, ac propterea cognita malitia, & fraude partis aduersæ, ei est obuiandum; & sententia huius supremi consilij cum expensis confirmanda, nam vt eleganter ait Bald. in cap. 1. § beneficium, si de feud. fuerit cõtrouers. fraus propriè est quãdo permissum simulatur, & prohibitum agitur re vera, vt notat Ioan. Monach. in c. de electio. lib. 6. & facit l. ab Anastasio in fine, C. mandat. & in l. si libertus minorẽ, ff. de iure patronat. ibi: *Quoties in fraudem legis fit alienatio, non valet quod factum est, in fraudem autem fit, cum quis se minorem centenario facit ad hoc vt legis præceptum euertat*: Et l. 4. §. si ab ignoto, ff. de manumiss. testament. fraudibus enim quantum potest lex resistit, l. cùm hi, §. si cùm lis, ff. de transactio. l. 1. §. 1. & ibi gloss. ff. nautæ caupone, l. in fundo, ff. de rei vendicat. l. magis puto, §. si pupillus, ff. de reb. eorum. l. 2. C. de indicta viduitat. tollend. l. meminerint. C. vnde vi, & c. pastoralis ante finem de caus. pos. & propriet. fraudesque arcendas vtilitas publica priuataque monet, l. si libertus, ff. de iure patronat. quin amplius interpretatio lata admitti fraudum tollendarum causa solet, l. 1. in fine, C. de calumniator, & alij quos allegat Aymon Crauet. cons. 811. num. 3. vol. 5.

Ex quibus omnibus ad fauorem dictæ Sperantiæ Pauiæ pronuntiandum fore credimus. Salua semper, &c.